

De Astere Attico. CAP. CXX.

ASTER Atticus, [qui ab aliquibus Bubo-nium appellatur] virgultum est ligno-sum, florem habens in cacumine purpu-reum aut luteum, per ambitum anthemidis capituli modo diuisum, foliolis stellæ modo radiatis. Quæ verò caulem circundant folia, oblonga sunt ac hirsuta. Exæstuanti stomacho, oculorum & inguinum inflammatio-nibus, sedique prociduae illitu auxiliatur. Ajunt & id quod in flore purpurascit ex aqua potum, angina laborantibus puerisque comitalibus opitulari. Prodest verò flos re-cens ac etiamdum humidus, inguinum in-flammationi adhibitus. Si verò aridus sim-stra laborantis manu decerpatur, & inguini adalligetur, dolore liberat.

De Isopyro. CAP. CXXI.

ISOPYRON vocant aliqui Phasiolum, quoniam ad phasioli similitudinem in summo folio pampinum seu claviculam gerat. Capitula sunt in summo caule tenuia, minutorum semen plena, melanthij sa-porem imitantium. At folium est aniso si-mile. Semen contra tussim cæteraque pe-toris vitia cum aqua mulsa bibitur. San-guinem quoque excreantibus & hepaticis utile.

De Viola nigra, seu purpurea.

C A P . C X X I I .

VIOLA folium habet hederaceo minutus,
tenuius atque nigrus: alioqui haud ita
dissimile. Cauliculus a radice medius prodit,
in quo flosculus per quam suauiter olens,
purpureus. Locis nascitur opacis & asperis.
Refrigerandi naturam habet: proindeque
folia per se & cum polenta imposita, stoma-
cho ardenti, oculorum inflammationibus
procidentique sedi auxiliantur. Ajunt & id
quod in flore purpureum est in aqua potum,
angina laborantibus puerisque comitiali-
bus opitulari.

De Calatia. C A P . C X X I I I .

CACALIA siue Lcontice, folia profert
candida, prægrandiaque: e quorum me-
dio caulis emicat rectus, albus, florem fe-
zens bryoniæ similem. Nascitur in monti-
bus. Huius radix in vino macerata ceutra-
gacantha, & delineta commanducatae per-
te, tussi & arteriæ scabritie medetur. Grana
verò quæ post excussum florem subnascun-
tur trita & cerato excepta illitaque, exten-
dunt cutem in facie, eamque à rugis vindic-
ant.

De Bumio. C A P . C X X I I I .

BUNIVM caulem edit quadrangulum,
procrrum, digitæ crassitudine: folia verò
apio

apios similia, verum tenuiora multò, & coriandrinis proxima: florem anethi: semen odoratum, hyoscyami semine minus. Ceterid vrinas, excalfacit & secundas euocat: liezi, renibus ac vesicæ vtile. Cæterum seministram humidi quam siccii, itemque succi ab eo vnâ cum radicibus caulinibus ac fôbris expressi usus est ex aqua mulsa.

De Pseudobunio. CAP. CXXV.

Pseudobonium palni altitudine fruticæ in Creta, folia ramulösque bunij ferens, acri gustu. Quaterni eius ramuli ex aqua bibiti, tornina, stranguriam laterisque doloros sanant: discutiunt & strumas, si cum sale & vi no repentes imponantur.

De Chamaesiso senhedera humili repente.

CAP. CXXVI.

CAMAECSIS foliis est hedera, at longioribus tenuioribusque, numerosis: ramulis ab radice quinis senis, dodrantibus, foliosis: floribus leucoijs seu violæ albae, minoribus tamè & gustu admodum amaris: radice tenui, candida, inutile: nascitur in cultis. Folia utiliter bibunt ischiadici tribus obolis in aquæ cyathis tribus, quadragenis quinquagénile diebus. Eodem portamento senis aut septenis diebus, regium morbum emendant & expurgant.

De Chamepeuce. CAP. CXXVII.

CHAMAEPVE lumborum doloribus propitia est, si trita ex aqua bibatur. Est autem herba tota viridis herbaceive coloris, foliolis ramulisque incuruis, floribus rofacieis.

De Buglosso. CAP. CXXVIII.

BVGLOSSVM verbasco simile est, folio bin terra sparsò, verùm aspero, nigriore minoréque, bubulae linguae simili: quod vi- no inditum, animi voluptates augere hilari- ratémque afferre creditur.

De Cynoglosso. CAP. CXXIX.

CYNOGLOSSON folia latifoliae plan- traginis habet, at angustiora & minora, lanuginosa. Caule vacat, humique sternitur. Prouenit in fabuletis. Folia cum suillo adipe veteri trita, canum morsibus, alopeciis ambustisque medentur. Ipsius vero herbæ de- coctum ex vino potum, aluum emollit.

De Phytemate. CAP. CXXX.

PHYTEVMA folia habet radiculæ, sed minora: semen copiosum, perforatum: radicem paruam, tenuem, per summa terræ nitentem: quam ad amatoria conuenire nonnulli prodiderunt.

De